



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 9. Decreti forma circa residentiam concepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.**, in ejus animo prævaleret.,, Insuper alteram epistolam Borromæus suo nomine ad Mantuanum Cardinalem scripferat, perinde acsi per eam ipsius postulato responderetur, ut hanc ille, si vellet, pro honoris sui conservatione posset palam proferre.

### §. VIII.

#### *Legatorum responsum.*

**Pallav. n.17.** Ad hasce literas Legati omnium nomine responderunt significantes, quod Papæ suum animi propositum libere exequi posset, ac tunc, quamprimum novi Legati essent adventuri, illos benevole, & honorifice exciperent: ait Mantuanus Cardinalis speciatim ad Papam dedit literas, quarum tamen tenor ignoratur, eoquod hæc epistola ad nostras manus non pervenerit.

### §. IX.

#### *Decreti forma circa residentiam concepta.*

**Pallav. n.18.** Antequam Legati postremas hasce Pontificis literas acceperant, variarum Nationum octo Episcopis, quibus jam in conventu die vigesima Aprilis habito decreta componendi cura erat demandata, injungebant, ut etiam decretum de residentia clam conciperent, in quo simul ea juris divini esse defini-  
retur,



retur, ita tamen, ut Episcopis aliquo tempore per Papam designando a suis Ecclesiis abesse liceat: ergo præfati Præfules decretum conficiunt, in quo cui-libet Episcopo duo menses in annos singulos concedebantur, atque insuper ad Pontificem spectare dicebatur, ut declararet peculiaribus conditionibus rationes, quæ diuturniori absentiæ satis essent: id vero in remotissimis Regionibus, ad quas a Romana Sede ægre admodum responsio transmitti posset, a Metropolitis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis suppleretur: porro jam hujusmodi Decretum designati Episcopi tradebant legatis, qui illud communicaabant Castaneæ, Boncompagno, Pa-leolto, & Castello Episcopis: dum vero id ab iis expenditur, præfatæ Pontificis literæ præter alias plures Romæ conscriptas deferebantur, quibus definitio proposita incusabatur, quapropter Præsides tum eam ob causam, tum ob plurimorum ex Tridentinis Patribus repugnantiam, consilium mutabant, curasque convertebant ad obtainendum prudenti quadam ratione Patrum consensum, vi cuius quæstionis hujus decisio differri posset: eapropter sex horce Episcopos rogabant, quatenus Hispanos, ut & ipsi consentirent, adigere vellent.

Ita-

Sæcal. XVI.  
A C. 1562.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Itaque sex illi Præfules in primo, quem cum Hispanis habebant, conventu in amaras prorumpebant queras ob calumnias in eo negotio Romam perscriptas contra ipsos, quorum tamen singuli paratum reipsa profitebantur animum ad effundendum sanguinem in Romanæ Sedis obsequium. Postea Hispanos Præfules ad sua vota inclinare aggrediebantur; verum eos adeo flecti nescios experti sunt, ut nequaquam cedere vellent, nisi adjecta hac conditio ne, vi cuius in proemio Decretorum, quæ in Sessione proxima essent promulganda, articulum de residentia definitum iri disertis verbis promitteretur. Id recusabant Legati, eoquod id ipsum confuetudini adversaretur, atque auctoritati Conciliorum, quibus sive ante, sive postmodum deliberare integrum esse oportet, spectata præsentia temporis, rerumque vicissitudine: pollicebantur tamen iidem Legati, quod in quadam generali Congregatione hunc articulum ore tenus declarare vellent, quinimo duo Legati sat propensi videbantur, ut pro concordia facilius obtinenda etiam scriptotenus hanc promissionem Hispanis exhiberent: Verum Simonetta, quod ejusmodi agendi ratio in aliis occasionibus nocere posset, eis proponebat, præcipue, cum im-



impostorum alii ejusmodi promissa sibi Sæcul. XVI.  
fieri essent petituri, quin ultra fidei eis  
datæ rationem haberent, aut tanti con-  
fessus dignitatem revererentur: itaque  
hanc ob rationem Legati suam muta-  
bant sententiam.

A. C. 1562.

## §. X.

*Seripandus data ad Borromæum epi-  
stola sese purgans.*

Cum interea Tridentini Patres Pon- Pallav. l. 16.  
tificis jussa exequi sedulo adlabora- c. 9. n. 1. &  
rent, Seripandus de tota rei gestæ se- /eq.  
rie articulatim Borromæum Cardina-  
lem edocere statuit, ut non modo suam,  
sed & Mantuani Cardinalis innocen-  
tiam vindicaret, ac insuper modeste re-  
felleret, quicquid forte a Simonetta  
adversus utrumque fuisse perscriptum  
suspiciabatur: de cetero autem Seri-  
pandus Borromæi Cardinalis prudentiæ  
relinquebat, utrum Pontifici vel inte-  
gram ipsius apologiam, vel quamdam  
duntaxat illius partem, prout ipso bene-  
visum fuerit, proponere vellet, dum-  
modo ea res ceteris non communicare-  
tur. Porro Seripandus suæ defensionis  
initium sumpserat enarrando ea omnia,  
quæ post secundam Sessionem sub Pio IV.  
habitam gesta fuere, hancque in rem  
ita perorabat: „Eo tempore Cæfarei  
„moram quoad dogmatum discussionem

*Hist. Eccles. Tom. XLV. B effla-*